

4. Nos filium & Methodum Confessionis nostræ secuti, disputationis huius partes duas constituimus: Θεωρικὴν unam: ἀντιθετικὴν ἢ ἐγκλιματικὴν alteram.

---

PARS I. ΘΕΤΙΚΗ.

5. Θεσις istarum Quaestionum diexodon expedit: 1. An renati gratiâ semel acceptâ possint excidere. 2. An lapsis ad Ecclesiam & gratiam DEI postliminiò pateat reditus. 3. Quae partes Pœnitentiæ.

---

Quæstio I. An renati gratiâ semel acceptâ possint excidere.

6. Confessio nostra lapsis post baptismum contingere posse remissionem peccatorum asserens, haud obscure innuit, labi posse renatos & tales lapsos in Ecclesia quovis tempore reperiri plurimos.

7. Affirmati huius veritatem astruunt & testimonia & exempla ἐξ ἱστορίας: quae renatos fidem & Spiritum Sanctum amittere, gratia DEI excidere & nisi per pœnitentiam redeant, aeternum perire, ac finaliter excidere posse, liquidò testantur.

Qui